

Sammelband von Dina



U. g. 1975

Q V I N T A

I V D I C I A R I I P R O C E S S V S

D I S P U T A T I O

D E L I T I S
C O N T E S T A T I O N E,

I V R A M E N T O C A L V -
m n i æ, n e c n o n A r t i c u l i s s e u P o s i t i -
o n i b u s

*Ex iure Civ. Can. Sax. Ordin. Cam. Imper.
& in foro recept. Pract. opinion.
desumpta*

C V I V S

Præside

Nobiliss. & Consultiss. Viro


Dn. A R N O L D O D E R E Y G E R, I C.

& in illustri Salana P. P. P.

*Defensor, D E O D A N T E,
futurus est*

I O S I A S M A R C V S


Publicè in I C t o r, A c r o a s i X. C a l.
D e c e m b.



I E N Æ

T Y P I S T O B I Æ S T E I N M A N N I.
A N N O C I O I O X C V.






R E V E R E N D I S S I -
M O, I L L U S T R I S S I M O, N E C
non Celsissimo Principi ac Domino,
Domino

P H I L I P P O S I G I S M U N D O
E P I S C O P O V E R D E N S I E T
Osnabruccensi Duci Brunsvicensi &
Lunaburgensi Domino suo clem
mentissimo,

Haec qualescunque Positiones

*In debita gratitudinis & subie-
ctionis testimonium humiliter
offert & mittit*

Josias Marcus F.





C O N T I N U A T I O .

H Actenus aliquot dispp. cum preparatoria judiciorum, quibus, quasi via quædam ad iudicium ipsum informandum, sternitur, explicata fuerint, consequens nunc est, ut ad ipsa causæ merita & principalis negotii disceptationem, quæ per **LITIS CONTESTATIONEM** ritè constituitur, transitum faciamus.

Nam si Reus Exceptionibus litem differre vel declinare non possit, proximum est, ut ad intentionem actoris respondeat & litem pure contestetur: *Ord. Cam. p. 3. t. 13.* Von zweiten Termin. *in pr. v.* So ordenen vnd setzen wir Reichs abscheidt Anno 1570 zu Speter. §. Demnach sollen auch die gewöhnliche Termin. *mibi fol. 25.* quare & fundamentum, principium vel basis sive substantia litis dicitur. *l. un. ubi Vvesenb. C. h. t. Mar. p. 6. m. 10. n. 1. 2. Myns. I. Cent. I. 3. cent. 74. Gail. 1. 74. n. 1. 2. König. c. 60. in pr. in verb. Damit sich dann etc. p. 2. proc. iud. Hann. c. 1. n. 2. 3. p. 2. proc. iud. Term. c. 31. v. Est itaq. gl. in c. ex parte. verb. litis contestatio. ext. de v. S.* Ea enim omitta ipso jure processus annullatur. *l. prolatam ubi Br. C. de sent. et. interloc. Gail. 1. 75. n. 1.* Vnde nec iudicis nec partium consensu ei renunciari potest. *l. 38. de pact. l. nemo potest. 55. de leg. I. Br. in auth. offeratur, n. 14. C. h. t. Fachs. diff. 44. Gail. 1. 74. n. 9. vid. Limit. in Ord. Cam. d. p. 3. t. Von zweiten. 32. et 1. Von Nullitet. 34. §.* Vnd sollen. *v. als denn sol.* Et tunc proprie lis est, cum facta est **Litis contestatio.** *Gail. d. obser. Socin. reg. 295.*

T H E S I S I.

EST igitur **LITIS CONTESTATIO** rei controversæ seu negotii principalis apud Iudicem *a*, ex utraque parte *b* testato *c*
A 2 *facta*

facta narratio d; ad quam interrogatio actoris nar-
rationem subsecuta e. Et responsio rei de animo li-
tem contestandi expressa f communiter quidem non
tamen simpliciter necessario requiritur g.

a Sed non solum coram suo iudice fieri solet, c.
dudum. 2. de Elect. c. un. h. t. c. etsi. 4. de iud. l. f. C. si a non comp. c.
clericorum. 1. q. 1. verum etiam coram praeside & arbitro.
L. scio. de off. praesid. c. ut debuit. 59. de appell. l. si pater. C. de stat.
defunct. Specul. §. 4. 6. h. t. b L. un. C. h. t. d. c. un. ex. eod. l. rem
non novam. §. patroni. C. de iud. Mar. p. 6. h. t. vid. Ord. Cam. p. 3 t.
13. Myns. 1. 38. Konig. c. 60. n. 2. v. Dind darumb. Term. c. 31.
Hann. d. l. Necesario enim utraque pars ad litem conte-
standam in iudicio praesens requiritur. Bl. in l. vn. col.
2. C. h. t. Quod etiam non solum in civilibus, verum
etiam in criminalibus observari debet. Bl. d. l. per l. absentem.
de pen. Licet contrarium teneant Sicbar. in l. un. num. 4. C. h. t.
& Jacob. Butr. per l. 2. de abolit. c Goedd in l. 36. n. 9. de V. S.
corrigenz Cutac. 9. obs. 21. d l. 2. de iure iur. propter cal. Mar.
d. l. n. 3. e l. interrogatam. de lib. caus. l. sine. 9. in pr. de interrog.
f d. l. un. d. c. un. Ord. Cam. d. l. g Mar. d. l. Term. c. 1. Goedd.
d. l. n. 10. II.

Estque duplex alia a negativa. Faque vel ge-
neralis sive implicata vel specialis sive explicata b. Im-
plicata est cum ad omnia simul, non ad singula capita
datur una responsio c. Explicata est, cum sigillatim
ad petitionem actoris reus respondet d, & fit utraq;
adversario praesente e, tam in scriptis, quam viva vo-
ce f.

a Quod negat Vigelius in tr. suo sing. de lit. cont. Affirmat
Goedd. d. l. cui adde Geil. in observ. 73. lib. I. b l. si reus. 37. de
procur. l. si debitori. 21. de iud. Mar. d. l. n. 5. Term. d. l. vvesen. h. n. 3.
Althus. c. 25. lib. 2. l. R. c d. l. un. d. c. un. c. ex literis. 5. ext. de
divort. Alb. d. l. ut si reus vel simpliciter narrata actoris
negaverit, petens ab instantia absolutionem, & quae ita
expressa est in Cam. Ord. f. 13. §. Und nach dem. v. Ich bin
dieser Klag nicht gestendig. p. 3. Gal. 1. 37. Br in l. u. C. h. t. l. si du-
bitetur. §. ita demum de fides. vel si clausula hac adjecta dixerit,
Narrata pro ut narrantur, posita pro ut ponuntur,
vera

vera non sunt, salvis juribus & defensionibus suis,
suo loco & tempore producendis; Ich bin dießer
Klag vorgebrachter massen nicht gestendig. Quod & reo uti-
le magis, & ului forensi accommodatius. Reus enim
ita respondens non incurrit in pœnam negantium, quæ
habetur, in l. f. de R. v. l. contra negantem. C. ad L. Aquil cum sim.
Br. Castr. Im. in d. § ita demum. Et Im. in l. sed hoc ita. ff. de re iud.
Alex. in l. etiam. § licet. Sol. marr. Iason in l. eum qui. col. 4. de iurei.
Imò etiam se temeritatis suspicione immunem reddit, &
actorem ad gravius onus probandi compellit: & dicitur
hæc sententia verior & communior: licet male contrari-
um defendat Felin. in c. caterum. c. 7. de iud. Et sic in hac im-
plicata litis contestatione non intelligitur comprehendi
id, quod reus specialiter non fuisset negaturus, argu. l. ob-
ligatione. 6. ff. de pignor. Zasius in §. sed hæc. n. 5. l. de A. Term. d. l.
v. expedita. Sed de jure Sax. generalis litis contestatio
rejicitur, p. 1. c. 10. f. 9. Const. Elect. Sed notandum, quod
etiam dubitando aliquando inducatur, ut si reus respon-
deat, se credere vel non credere, narrata actoris ve-
ra esse. Bl. in l. si debitor de pet. her. gl. in c. cum ad fidem. verb. cre-
dere. ext. de rest. spol. Abb. in c. un. & ibi etiam Felin. in Col. f. h. t.
dubitantem etiam animum arguit verbum ignoro,
præsumo, l. quanquam. ad SC. Vell. Br. in l. qui alterius. de R. I. &
in l. si quis inficiatus. depos. Specul. in §. 2. h. t. gl. in c. quosdam. ext.
de presumpt. d. c. cum ad sedem. 15. ibi ad quæ respondit ext.
rest. spol. Specul. d. l. n. 1. Quæ ideo facienda est, ut cognito
& explorato causæ statu, iudex scire possit, quomodo
petitioni libello insertæ conformem, vel etiam pro Reo,
si ejus defensiones intentione Actoris æquiores appare-
ant, sententiam ferre debeat. Dan. Ven. in anal. iur. pont. h. t.
c. Mar. d. l. n. 8. Specul. §. quando. n. 5. h. t. Vid. th. 1. sub lit. B. f
Gail. 1. 73. n. 1.

III.

Litem verò contestatur uterque tam Actor quam
Reus, Ille quidem plerunque affirmando, hic negan-
do a, & quidem non solum per principales tantum
b, verum etiam per Procuratores, Advocatos, tutores,
curatores, syndicos vel actores c, ea ritè perficitur.

A 3

Cum

a Cum igitur sapientissime fiat, ut id quod ab Actore affirmatur, reus neget, neque tamen id faciat animo litem contestandi, necesse est, ut eo casu reus disertè protestetur, se negare, non tamen animo litem contestandi, Nicht der meinung den Krieg mit Mein zubefestigen. v. d. Or. Cam. p. 3: t. 17. §. und nach dem ibi. ob auch der litis contestation sichar. ad Rub. C. b. t. n. 5. Myns. cent. 3. obs. 31. Ad litem enim contestationem requiritur animus. Myns. d. obs. 74. cent. 3. & obs. 49. cent. 4. Gædd. ad l. 36. de V. S. n. 10. Siquidem protestatione ista omissa reus præsumitur negationem illam animo litem contestandi protulisse, atque adeo perinde habebitur, atque si lis expresse contestata esset. Socin. reg. 298. Ferr: in for. respons. rei convent. verb. Non tamen animo litem contestandi. in add. Specul. §. nunc dicamus. n. 17. b. t. Host. eod. n. 2. circa f. Et hæc protestatio litem contestationem impedit, nisi iudex iustis ex causis, quod facere potest, litem contestari tergiversantem Reum coegerit. Myns. d. obs. 31. Mar. d. l. n. 9. 10. Quod & communis schola affirmat, actus enim est iudiciarius at in invitum iudicium redditur. l. inter stipulantem. §. 1. de V. O. Mar. h. t. n. 8. Et hoc distinctionis fœdere nullã esse pugnam demonstrabimus inter Myns. d. l. & Gail. 1. 73. n. 6. 7. vid. Sich. d. l. n. 5. b. Si modo legitimã in iudicio standi personam habeant, t. t. C. qui leg. in iu. Gail. 1. 73. n. 2. Est enim inter utrumque quo ad hoc mutua relatio, licet actor tam solenniter litem non contestetur, ut reus; Vult. c. 31. n. 8. l. 2. R. I. c. nisi eorundem narratio a clientibus revocetur. Specul. b. §. nunc dicamus. n. 11. l. rem non novam. §. patroni. C. de iud. l. licet. ff. eod. l. procurator. l. 1. de dol. mal. l. procuratoribus. l. neq; l. sed etiam. C. de procur.

IV.

Cæterum illud regulare est, quod in omnibus casibus quibus non requiritur libellus, a, item in causis summariis, quæ extra ordinem magis, quam secundum ordinarium juris processum expediuntur b, litem contestatio necessaria non sit.

a Socin. in c. quoniam. n. 27. & 77. ut lit. non contest. Gvid. Pap. decis. 5. Gail. 1. 76. n. ult. Quare & in causa appellationis si a sententia definitiva fiat regulariter non requiritur.

eur. *Salic. in l. f. §. illud. C. de temp. appell. Br. & communiter. Dd. in*
l. C. ne lic. ni una cad. Innoc. in c. perpetuas. de appell. Konig. c. 44.
n. 6. in Camera verò sive ab interlocutoria sive à defini-
tiva appellatum sit, ea attenditur. d'ord. Cam. p. 3. Myns. I.
38. Gail. I. 76 Konig. c. 60. n. 2. & I. 13. n. 2. Sic in Nullitatis
quoque causa quando incidenter & conjunctim cum ap-
pellatione movetur ea omittitur; Secus si principaliter
& seorsim & nullitas non est notoria, sed altiore desiderat
indaginem. specul. §. quando. Myns. I. 20. 27. 38 Gail. I.
77. b Clem. saepe. ibi litu contestationem. iuxta gl. ibi de V. S.
Konig. c. 10. Gail. I. 77. Myn. d. I. obs. 1. & 3. 74. Vult. d. c. 3 in. I. I.
V.

Porro litis contestationis effectus complures sunt
per illam enim judicium fundatur a. Exceptiones
dilatoriae tolluntur b. Libelli mutatio reo invito im-
peditur c. Praescriptio interrumpitur d. Actio-
nesque perpetuantur, & praesertim personales ad
quadragimum usque annum extenduntur e.

a Myns. d. I. obs. 1. & 3. obs. 74. Litis enim conte-
statione, inter ipsos litigatores quasi contrahitur. l. 3. §.
idem 11. de pecul. Gail. d. obs. 74. n. 6. 7. Et reus etiam incom-
petentis jurisdictioni subjicitur. l. si quis. 7. l. ubi 30. de iud.
l. cum quaedam. 19. de iur. iudic. c. inter monasterium. 20. & ibi gl. in
verb. subeundo. ext. de sent. & re iud. b d. c. inter monasterium.
20. ibi ante litis ingressum. ext. d. t. l. exceptionem. 19. C. de prob. l.
12 & 13. C. de except. Mar. p. 6. h. t. n. 15. Schvartzenthaler. c. 6.
n. 13. lib. 1. & c. 4. n. 2. lib. 2. proc. iud. l. Pomponius. §. ratihabitionis
de procur. nisi forte post acceptum judicium de novo su-
perveniant. Schvartzentb. d. l. c. pastoralis. 4. ext. de except. c. nisi
35. & ibi gl. in verb. postmodum. de off. deleg. c. quod in Camera
observatur Gail. I. 74. n. 8. 51. n. 9. Myns. §. si quis aliud: l. de A.
Imò etiam in foro Saxonico Const. Elect. lib. 3. art. 14. gl. in
art. 115. Weichbildt. & Konig. c. 48. De jure verò Civili co-
gnita veritate & errore probato, mutatio etiam post litis
contestationem conceditur. d. §. si quis. v. corrigere. & ibi
Ves. nb. l. de A. l. non potest. 23. de iud. l. Aediles. 25. §. Item sci-
endum. de Aed. Edict. l. 26. §. neg. de nox. act. l. 25. is qui. de R. V.
Donell.

Donell. in l. edita. C. de edendo. d. l. mora. C. de R. V. l. sicut. ubi
Bl. C. de presc. 30. vel 40. ann. l. naturaliter. de usuc. e. Ita Alex.
& Dd. in l. si cum. §. qui iniuriarum. Si quis caut. Cuiac. 18. obs. 29.
& Mar. d. l. Specul. §. effectus. n. 1. l. ordinata. de lib. caus. l. ult. C. de
presc. 30. l. 1. §. 1. C. de ann. presc. Gail. 1. 74. n. 22. Poenales et-
iam actiones ex delictis vel quasi descendentes, lite cum
re defuncto contestata contra successores in solidum a-
lias in id tantum, quod ad eos pertinet, conceduntur.
§. cum autem. 1. inf. l. de perp. & temp. act. l. un. C. ex delict. def. in
quant. her. Est etiam litis contestationis tanta vis, tanta
efficacia, ut procuratores litium dominos efficiat, qui-
bus invitis postea neque in principalem, neque
in alium transferri lis possit, nisi necessaria ali-
qua causa intercesserit. l. procuratoribus. 22. & l. seq. C.
de proc. l. 17. eod. c. quamvis. 2. eod. in 6. Gail. d. obs. 74. n. 10. Et
postquam lis contestata est, procurator mandato suo
renunciare minimè potest, nisi ex causis in iure expres-
sis. Myns. Cent. 5. obs. 44. Gail. 1. 46 n. 8. & 74. n. 10. Capell. Tho-
los. 277. Atque hoc de iure scripto, in Cam. verò Imp.
quemadmodum in aliis bene ordinatis iudiciis, ubi se-
mel quis se procuratorem in iudicio fieri passus est, re-
nunciare mandato non potest, sive lis contestata sit sive
non, quia propter satisfactionem domini, quæ ex stylo
iudicii mandato procuratorio sive constitutione apud
acta inseritur, etiam ante litis contestationem res am-
plius integra non est, Vid. Gail. d. obs. 46. n. 3. Vult. d. c. 30. n.
43. vid. Ord. Cam. p. 3. t. 12. §. vñdwo also. Minimus etiam
litis contestationis effectus non est; quod eo modo iu-
dicis officium circa id quod interest, damna, sumtus, re-
liquasque rei petite accessiones iudicio jam constituto
emergentes, confirmetur. Nam quæ ante iudicium
contingunt, veluti fructus ante iudicium datum perce-
pti, non valdè ad eum pertinent, nisi nominatim ei fue-
rint iuncta, d. l. adiles. §. item sciendum. de Aed. Ed. l. non potest.
23. de iud. Cost. in l. quesitum. 36. de pecul. Rob. 2. sent. c. 15. Men.
de recap. poss. rem. 1. n. 412. & 419. l. properandum. §. sin autem. 8.
& ibi lason. n. 30. de iud. Et hoc etiam non petente actore in
Camera

Camera observari testatur *Myns* 4. 55. *Gail.* 1. 151. n. 21.
Notandum tamen etiam quod & in aliis juris articulis
& multis quidem litis contestatae tempus inspiciatur,
de quibus in *l. litis*. 37. de *N. G. l. vinum*. 22. *l. cum fundus*. 31. de *R.*
C. l. f. C. de usur. & fruct. Plures ejusdem litis contestationis
effectus vide apud *Specul. §. 6. h. t. Mar. d. l. Gail. accurate eos re-*
petit. 1. 74.

Facta jam Litis Contestatione, regulariter una
vel utraq; parte exigente, juramentum Calumniae
praestatur, quare ut & de eo pauca subjiciamus, Or-
dinis ratio postulat. *Ord. Cam. d. p. 3. t. 13. §. Vergleis*
then so der Eid für geferde. gl. in rub. de iur. cal. in 6.
c. 2. eod. & c. 1. & 2. de Elect. l. 2. C. h. t. vid. Sichar. C. h.
n. 1. & 9.

VI.

Est autem **I V R A M E N T V M C A-** DE IVRA-
L V M N I A E Der Eid für geferde religiosa litigato- MENTO
rum asseveratio, qua uterq; jurato promittit, se nihil CALUMNIA
Calumniae causa vel agere vel respondere, sed juris sui
opinione & fiducia fretum.

l. inter coheredes. §. qui familiae fam. Excisc. §. item actionis,
& ibi Theoph. l. de pan. tem litig. l. 2. C. h. t. & ibi Wesenb. n. 2.
Altb. 2. l. R. c. 23. Vul. c. 31. h. t. n. 8. 9. Sich. d. l. n. 4. Iure enim
Civili, ut malitiis & Calumniis malitiae horum hominum
obviari possit, summa cum ratione ac publicae utilitatis
gratia introductum est, imò etiam ut timore sacramenti
contentiosa litigantium instantia compescatur *l. 1. ubi Go-*
thofr. C. h. t. Sich. d. l. n. 9. Et est hoc juramentum si exigatur
de substantia iudicii, adeo si exactum omittatur sententiam
reddat nullam. *l. 2. §. sed quia. C. h. t. Br. ibi n. 3. Can. in c. 1. ext.*
eo. plen. Soc. in c. f. eod. tacite tamen non vero expresse parti-
um consensu remitti potest. c. 1. h. t. in 6. Socin. d. l. n. 40.
Quod tamen non procedit in Camera *Gail. 1. 85. n. 2. 3.*
Nec etiam consuetudine seu statuto per text. in *c. caterum.*

B

b. t. o.

*h. t. c. cum constitutus, de fideiuss. l. 2. C. h. t. rectè tamen principis
rescripto, si modo expressè in verbis rescripti extet, tol-
litur, Est enim iuris positivi. arg. l. Princeps, de l. c. 2. de concess. prob.
gl. in l. 2. de ind. vid. toll. Gail. d. obs.*

VII.

Et hoc iuramentum nonnulli in Generale & Spe-
ciale distinguunt *a*. Generale est, quod semel tan-
tum *b*, & generaliter ad totam causam *c* litigan-
tium altero *d* vel iudice petente *e* præstatur; quo
quis jurat se bonafide non calumniandi animo actionem
& defensionem instituere; sed litem vel contradictionem
justam sibi videri, quodque interrogatus verum respon-
dere, & scienter falsa probatione non uti, neque dilati-
onem malitiosè petere velit; neque quidquam in frau-
dem corrumpendi alicujus gratia dare aut promittere
vel postea per se aut alium idem facturum *f*. Speciale
verò (quod alio nomine malitiæ non committendæ jus-
jurandum appellatur *g*;) non tantum semel, sed quo-
ties iudici æquum visum fuerit, tam ante quam post litem
contestationem, iuramento calumniæ generali præstito
vel non præstito, etiam ab invitis litigatoribus rectè ex-
igitur *b*.

a Hannet. *b* gl. in *c. 2. in verb. malitia. h. t. in 6.*
c Auth. hoc sacramentum. ubi sich ard. *C. h. t. d. l. iusiuran-*
dum. 34. §. iusiurandum. de iur. iur. e. l. de pupillo. 5. §. qui
opus de Nov. op. nunc. l. 2. §. 4. C. h. t. f Auth. in isto. & auth.
Principales. C. h. d. l. 2. gl. in c. 1. in verb. Calumniæ. ext. eod. Vult. d.
c. 31. n. 7. ubi & quinq; huius iuramenti recenset capita, formulam
verò habemus in ord. Cam. p. I. t. 65. Wie die Procuratores. v.
Je werdet schwoeren. Schwarzenbaler. c. 4. lib. 2. in pro. suo.
De jure verò Saxon. generale hoc iuramentum consue-
tudine prævalente sublatum est, sicuti testatur gl. quedam. in
in c. 68. col. pen. Lehnrecht quæ expresse dicit: Und wiewol das
es nicht in vnsern Rechten gewönllich etc. Cum qua concordat
Konig. c. 67. n. 2. & c. 38. n. 3. & vid. addit. ad text. Landrecht.
lib. 1. art. 6. Diss. Henn. Goedd. in suo proc. iud. qui gl. hanc in d. art.
68. vocat diabolicam, cum nihil alleget, quod in iure subsistat. Verum
eo non

eo non obstante, opinio gl. communiter observatur, ut et testatur
Schneid. §. 1. I. de pen. tem. litig. Maus. in process. §. nunc transeamus
v. Aber nach Sechsischen Rechten/ hat solcher Eydt für gesehrde
nicht stadt/ vnd weis darvon der Sachse nichts. subijciendo quod
in eo nunquam fuerit dissensio inter Scabinos Lipsenses & Magde-
burgenses quibus & alia dicasteria sese hactenus accommodarunt,
quod licet ratione careat (ut pleraq; alia in iure Saxon. disposita.)
tamen usu quotidiano ita seruari videmus. Aut: diff. diff. 47. n. 5.
lib. 1. g quia iudex suspicatur partes aliquid mali conari gl. in
c. 2. ext. h. t. Sichard. d. l. n. 8. Gail. 1. 87. n. 3. h l. iusiurandum,
34. §. qui iusiurandum. de iure iur. d. c. 2. §. in omnibus. h. t. in 6. l. 1.
ibi nisi prius C. h. t. Gail. d. l. Hann. d. tract. Et hoc speciale ju-
ramentum debet etiam juxta Lipsensium sententiam
præstari, prout isti quotidie pronunciant, quibus asti-
pulari videtur Konig. c. 38. n. 3. Quod & in foro Saxonico
adhuc sit in usu, probat textus Landrecht. lib. 2. art. 22. §.
Deuget. Aut: diff. 47. n. 6. 7. Et non in prima saltem in-
stantia, verum etiam in causa appellationis, d. c. 2. h. t. in 6.
Et ad omnia quæ postea in causa accedunt & emergunt,
extenditur d. auth. Hoc Sacramentum, C. h. t.

VII.

Defertur & hoc iusiurandum tam actori, quam
reo, ut personis principalibus a sint sive præsentibus b,
sive absentibus c, nulla sexus, ætatis, conditionis, digni-
tatisque habita ratione; si modo legitimam in iudicio
standi personam habeant d.

a l. 2. §. sed quia. & Auth. Principales. C. h. t. b Qui-
libet enim in iudicium iurandi causa veniat, nisi persona fuerit
egregia, vel valetudine aduersa impedita; tunc juramen-
tum in domo litigatoris altera parte vel procuratore
præsentem, procedat; d. l. 2. §. f. l. pen. §. his presentibus. C. de R. C.
ad personas. de iure iur. Id quod & de iure Saxonico cau-
tum reperimus. Art. 17. Weichbildt. & art. 46. lib. 1. Landrecht.
Et hoc etiam ad senes, doctores, juris Licentiaros, ad-
vocatos Reipub. si officium deposuerint, Assessores ju-
dicii Cam. Imp. Auditores Rotæ Rom. extenditur iuxta l.
B 2 *quesitum.*

quasitum. de iud. Beust. in l. ad personas. fol. 220. n. 1. 25. 26.
 Absentibus verò si defertur, debet iudex certum tempus
 intra quod in iudicium veniant, illudque præstent, præ-
 finire, l. generaliter. § his presentibus. C. de R. C. Qui verò si
 non venerint, iudicis officio relinquitur, an ab utraque
 parte expensæ d. § quamvis præcipue ab illa quæ actum
 peragi petiit, exigantur. l. cum saepe. C. de erog. mil. ann. Beust.
 de iureiur. fol. 232. n. 47. 48. Attamen non saltem Princi-
 pales jurant, verum etiam tutores & curatores, d. l. 2. §
 sed quia. d. auth. §. 6. C. h. t. Syndici & Oeconomi. c. 1. ubi
 gl. in verb. defensoribus. c. 3. 4. 6. 7. ext. h. t. Et alii qui rei alic-
 næ a lege vel iudice sibi concessam habent administra-
 tionem, L. orphanotrophos 32. C. de Epis. & Cler. sich. ad d. auth.
 §. 6. n. 1. Procuratores etiam jurare jubet tam jus ci-
 vile. d. auth. ubi gl. in verb. arbitrio, nisi principales quod fieri debet
 sicubi potest, iurent, d. l. 2. §. si absuerint & §. hoc etiam. C. d. t.
 quàm Canonicum & consuetudo, non modò in animam
 domini. c. optatum. dist. 100. & c. tibi domino. dist. 63. c. f. h. t. in
 6. c. per tractando. ex. eod. text. in c. 2. c. f. de test. in 6. Br. in l. qui
 bona fide. § alieno. 2. de dam. inf. verùm etiam in propri-
 am, si speciale mandatum habuerint. d. l. 2. c. cum appella-
 tiones. § procuratores. eod. in 6 Gail. 1. 85. 89. Mar. d. p. 6. h. t. Spe-
 eod. §. restat. Ex officio verò dati quando & quomodo ju-
 rent. Vid. Gail. d. obs. 89. n. 8. & f. Sed cum fiscus valde sit
 favorabilis & privilegiatus non immeritò quid de eius
 procuratore statuendum, dubitatur; Sed an de Iure.
 l. 2. de usu fisc. l. 1. de per. her gl. in l. item veniunt §. & in privatorum
 in verb. in publica. d. t. Isern. & Afflict. in c. 1. §. in quibusdam. de fra-
 de nov. ben. invest. Dd. dd. ll. per l. unicam. C. de cond. & proc. Luc. de
 penna in l. iustas. de iur. fisc. Non verò de consuetudine
 communi & in Camera recepta. Andr. de Isen. d. l. & quem
 sequitur Afflict. ibid. Gail. 1. 90. n. 4. Myns. 1. 74. Jurare tene-
 atur? videbimus, Vnde & alia dubia resultat quæstio,
 An advocati, cum in iudiciis allegant LL. vel de aliquo
 jure disputant, sint cogendi, ut de calumn. jurent; Ne-
 gat Bl. ad d. l. 1. C. h. t. Affirmat Scharnus d. l. n. 5. d. d.
 l. 2. c. 4. ex. eod. l. 26. l. 17. §. fin. l. 20. l. 25. de iureiur. Patro-
 nis verò

nis verò & Parentibus remittitur. l. 34. ubi Br. in §. quò
iurandum, d. r. Cuiac. 9. obs. 37. per l. si patronus. l. 6. eod. l. 17.
§. 3. de obseq. patr. & parent. præst. l. qui bona. l. 3. §. sed si. l. 4. de
dam. infect. Sich. ad l. 2. n. 1. Ob eandem etiam reverenti-
am vasalli & proprii homines ut vocantur, à dominis
suis idem petere prohibentur. d. §. in quibusdam. r. 33.
lib. 2. feud.

IX.

Debet autem is cui hoc jusjurandum delatum
est, si jurare velit in continenti de jure civili accepta-
re, & (nisi spacium deliberandi, quid & quomodo
jurare velit, petat a) præstare b, de Iure verò
Saxon. in continenti quidem illud suscipere cogitur;
habet tamen ad illud præstandum dilationem usque
ad proximum iudicii diem seu terminum probatori-
um c.

a Br. in l. non erit. §. f. & l. 34. in pr. n. 4. argumeno
illius text. & ibi gl. in verb. certioratur de iureiur. Mynsing.
§. item si quis. n. 22. 23. Schneid. num. 78. 79. 80. l. de A. b
Nam ex intervallo susceptum vel præstitum, nisi denuò defera-
tur non valet. d. l. non erit. §. f. & ibi Br. n. 3. l. as. n. 2. gl. in l.
actori. verb. remissum. C. de iureiur. Si vero præstare
omnino recuset, pro confesso & convicto omnino
habetur. l. manifesta. 38. & ibi Br. Bl. Castr. & Dd.
de iureiur. l. generaliter. l. 2. §. etiam. Bar. Bald. Salic. C. eod. Socin.
in tr. Fall. reg. 205. Intercedente tamen iudicis sen-
tentia declaratoria. Br. d. l. manifesta. n. 6. argum. l. eius
qui. ubi Br. n. 5. C. de iureiur. Bl. l. 2. §. quod si actor. n. 5. C. h.
l. d. l. generaliter iuncta. gl. in verbo existimaverit. d. auth.
Principales. Iudex enim actori, cui juramentum hoc
delatum, si jurare vel referre noluerit, tunc vel au-
dientiam jurisdictionem, & iudicium denegare, vel
reum absolvere potest. d. l. manifesta. & ibi Dd. d. l. ge-
neraliter. §. 1. d. l. 2. §. quod si actor. d. Auth: Principales. §. si
quis. c. f. extr. h. s. & c. Imperatorum ubi gl. in verb. decedant.
ext. eod. Landrecht. lib. 2. art. 22. in gl. pen. REVS etiam
pro convicto si non præstiterit vel retulerit á iudice
condemnatur, ut rem vel debitam solvat vel petitam
restituatur.

restituat. d.l. 34. & ibi Ias. n. 1. & 2. de iureiur. d. §. aueb.
 Principales. Quam si solverit vel restituerit, absolvitur,
 causam modo iudex exprimat. Angel. in l. utique. in pr.
 argumento gl. 1. inf. & ibi Bl. de R. V. Socin. reg. 196. lim. 3.
 & ult. Hinc occurrit varie à variis agitata quæstio:
 An etiam contumacia procuratoris in propriam ani-
 mam non jurantis, domino noceat, ita ut pœna juris.
 Auth. principales. §. 5. C. h. t. & c. f. S. f. exir. eod. præscripta
 locum habeat? In iure enim nulla pœna expressa re-
 peritur: Domini enim de Rota. decis. 1. & 2. de iur.
 cal. & Socin. in d. c. f. n. 10. pœnam juris locum habere
 concludunt; At, in iis quæ ad iudicii processum perti-
 nent contumaciam Procuratoris domino nocere affir-
 mant Br. in l. un. §. si procurator. n. 1. Si quis ius dic. non. & c.
 Et Canonistæ in c. 1. ut lit. non cont. Salicet. verò in l.
 cum qui. C. de pro. n. 6. putat Procuratori jurare nolenti
 audientiam denegandam, sicuti advocato. l. rem non
 novam. C. de iud. Et hanc Saliceti sententiam benignio-
 rem, illam Br. Socin. & aliorum de juris rigore verio-
 rem esse concludimus, Camera vero pœna pecuniaria
 eum puniendum constituit Vid. Gail. 1. 89. n. 4. c.
 Art. 62. §. Solman. lib. 1. König c. 66. v. vnd wann der Klegger.
 Fach. lib. 1. diff. 53. Reinh. lib. 2. diff. 88. Addit. ad Art. 11. argum.
 illius text. Landrecht. lib. 2. Const. Elect. p. 1. Const. 12.

X.

Præstatur a autem iuramentum Calumniæ
 hodiè in omnibus causis civilibus b, criminalibus c
 & spiritualibus d.

a Et quidem jeiuno stomacho. c. honestum. 16. 22.
 q. 5. gl. in c. Sacramenta. de consecr. dist. 1. Coram iudice ubi
 lis contestata est. d. auth. Principales. vel si ad eum per-
 venire nequeant coram officialibus. d. Auth. §. 2. 3. b
 Auth hoc Sacramentum. C. h. t. l. rem non novam. in pr. & §. patro-
 ni. C. de iud. l. 2. §. sed qui v. ex compromisso. C. h. t. c Si de cri-
 mine civiliter agatur. l. un. C. quand. civ. act. præiud. crim. aliàs
 locum non habet, Nov. Leo. 97. 107. Landrecht. lib. 1. art. 63.
 lib. 2. art. 8. inf. & art. 64. in gl. f. & Lehnrecht c. 68. in gl. f. c. ult.
 de iur.

de iureiur. Iure enim Saxon. obligatur fallaciter accusans ad pœnam arbitrariam, de jure vero Civili sufficit inscriptio. *l. ult. C. de Accus. Cuiac. Nov. 49. inf.* quæ quanquam hodiè, quo ad solennitatem, non tamen quoad effectum abolevit, nam etiam nunc absque inscriptione ex Legis dispositione calumniosus accusator ad pœnæ similitudinem obligatur. *l. quisquis. l. fallaciter. C. de Calum. l. ult. d. t. Sichard. in l. 1. n. 6. 7. & Rub. n. 1. C. b. t. d.* Olim quidem in spiritualibus de Cal. non jurabatur *c. 2. eod.* sed de veritate dicenda juramentum præstabatur. *c. dudum. 54. ubi gl. in verb. de veritate. de elect.* Postea vero propter Calumnias clericorum introductum est, ut simul de calumnia & veritate iurent. *c. 1. §. ult. h. t. in 6.*

*Et hæc de Juramento calumnia dicta
sufficiant, iam de Articulis seu posi-
tionibus breviter.*

XI.

Post litis contestationem & præstitum hoc jura- DE ARTI-
mentum calumniæ, Actor repetere suum libellum arti- CVLIS SEV
culatum loco articulorum; aut si non articulatus propo- POSITIO-
situs sit, terminum ad proximum viva voce petere de- NIBVS.,
bet.

Ord. Cam. d. p. 3. t. 13. §. Dargegen sol der Klegger.
cum 2. seqq. Myns. c. 5. obs. 88. n. 1. Gail. 1. 79. n. 1. Hodiè
vero juxta novissimam constitutionem anno 70. in Co-
mitiis Spirensibus editam; si actor ab initio proposuit
libellum articulatum; tum Reus in hoc termino declina-
torias vel alias exceptiones producere, simulque in scri-
ptis litæ eventualiter, aut si nulla exceptio ad prote-
landam litis contestationem in promptu sit, purè contes-
tari, & exceptiones suas una cum annexis responsioni-
bus in eventum ad articulos, & tum peremptoriales vel
defensionales articulos, si quos habet, proponere de-
bet. *d. Ord. Cam. d. Const. Spira edita. Gail. d. l.* Sin autem pro-
posuit Libellum summarium, tum Reus in hoc termino,
una cum suis declinatoriis vel dilatoriis exceptionibus,
& in

& in eventum litem inscriptis contestari & defensiales quoque suos articulos producere debet. *d. Ord. Cam.* Si vero nullos habet, singulis positionibus sub iuramentum respondentium sive respondendorum articulorum religione, pure clare & simpliciter per verbum Credo vel non credo respondere tenetur. *Ord. Cam. p. 1. t. 71. 72. 73. & d. p. 3. t. 15. §. 1. & §. Zum andern. & seqq. Gail. 1. 82. n. 1. & seqq. Myns. cent. 1. obs. 86.* Qua de causa si articulum vel Positionem multiplicem in uno loco veram, in alio vero falsam esse intelligat, distinguendo ad eam respondere iure compellitur. *d. ord. cam. p. 3. t. 15. §. Zum andern. in f. Gail. d. l. n. 11. & 15. & seqq. ubi distinguit Myns. cent. 2. obs. 55. Ferrar. in form. posit. actor. verbo ponens ac dividens in addit.* Hinc est, quod passim advocati positioni plura in se capitula complectenti subnectant: Hoc ponimus conjunctim & divisim, petentes conjunctim & divisim responderi. *gl in c. si post. 2. in verb. rationabili de confes. in 6.*

XII.

Et non saltem principales, verum etiam interdum tertius aliquis pro suo interesse intervenire & causa una cum Principali assistere potest, non solum in prima instantia, ante & post litem contestationem, in principio medio, & fine litis; verum etiam in causa appellationis, non solum volente & consentiente principali, sed etiam eo reluctante & invito, etiam post rem judicatam ad executionem impediendam.

Gail 1. 70. Myns. 3. 74. debet autem interveniens causam acceptare & in eo statu, in quo eam reperit; neque tenetur libellum exhibere, neque litem contestari. *Gail. 1. 71. n. 1. in pr. & n. 8.*

XIII.

In tertio termino articulandi, si actor ante libellum summarie editum non potuit repetere loco articulorum producit jam positiones & articulos, qui actioni institutæ consentanei esse debent, & numeris distincti; & formari debent ex substantia & corpore libelli: alias dicuntur impertinentes & non sunt admittendi. *Ord.*

Ord. Cam. t. Von dritten Termin. 14. d. p. 3. Myns. cent. 5.
obs. 88. Et debent hujusmodi positiones de facto non de
iure concipi intra terminum à Iudice præfixum, in scri-
pturam redigi & exhiberi. Nam post elapsam illum
terminum pars adversa positionibus illis respondere
non tenetur. *Specul. tit. de dilat. §. ult.* Idque Iuramento
ponentium sive dandorum articulorum interveniente
feri debet; Quod nimirum actor non calumniosè, sed
sui juris conservandi causa positiones hujusmodi sive ar-
ticulos produxerit. *d. ord. Cam. p. 1. t. 69. & seq. & d. p. 3.*
t. 15. §. Zum andern. Gail. d. obs. 79. n. 10. & obser. 82. n. 13. &
seq. Myns. Cent. 5. obs. 88. n. 4. 5. & Ferr. in form. Excip. contr. pos.
verb. potius in iure quam in facto. Sichard. ad d. §. quod observa-
ri. n. 18. Vid. eund. ad l. 3. n. 10. C. de iud. Obiter tamen hoc
loco notandum est: quod Positiones propriè sic dictæ,
ad ipsius adversarii confessionem eliciendam, articuli
verò, ex negatis à R E O positionibus confecti ad pro-
bationes per testes & alia documenta faciendas propo-
nantur. *Mar. p. 6. de posit. n. 1.* Quæ tamen differentia
ex communi quadam iudiciorum consuetudine maximè
in Cam. Imp. tam accurate non observatur, ubi articu-
lorum appellatione Positiones frequenter designantur.
Gail. d. obs. 79. n. 2. & 3. discrimen inter positiones & li-
bellos *vid. apud Sichard. ad d. Auth. Principales. §. quod observari*
n. 11. In conficiendis verò positionibus totius causæ
principalis circumstantiæ ita sunt proponendæ & urgen-
dæ, ut ad eas respondens adversarius etiam invitus sese
propria sua confessione prodere cogatur, ejusque deli-
beratio insidiosa quadam facti commemoratione præci-
piteretur. Quod ut & commodius perficiatur pluri-
mum refert, uniuscujusque actionis in Iudicium deductæ
causam & modos, quibus ea constituitur, exactè teneri,
Nam ut realem actionem propositurus titulum, traditi-
onem vel præscriptionem, qua dominium rei, quam pe-
tit, adeptus sit, exprimere debet: & qui personalem
actionem intendere cupit, contractum vel delictum, ex
quo actionem sibi competere existimet, designare te-
netur,

C

netur,

netur. *Cunrad. Lag. method. part. 5. c. 21. n. 2. 5. & 6.*
XIV.

Quartus terminus est vel excipiendi contra articulos, vel respondendi ad eosdem, vel ponendi defensionales. Reus igitur exceptiones adversus actoris positiones & articulos edit, si nullas habet legitime respondet: Exceptiones peremptorias vel qualvis positiones seu articulos defensionales exhibet.

Ord. Cam. 1. Vom vierten Termin. d. p. 3. Exceptiones autem contra articulos non temere sunt objiciendae, nisi cum speciali declaratione & causis idoneis annexis, & tum permillum est actori desuper, & viva voce concludere, aut si ita libeat, in scriptis replicare, nullo praeerea alio scripto admissio, quo minus ex utraque parte eadem vel proxime sequenti juridica concludatur. *d. Ord. Cam. d. l. §. vnd erstlich. & seq.* Responsiones autem fieri debent ad singulos articulos, qui non sunt Iuris sed facti per verbum credo vel non credo sine appendice, & si articulum in uno loco credat, in altero vero non credat, distincte significare debet, *d. Ord. Cam. d. l. §. Sum andern.* Si minus idonee & legitime ad articulos responsum fuerit, licet parti advertae contra hujusmodi responsiones excipere, cum annexa liquidatione, super qua absque ulteriori replicatione iudex cognoscere debet, *Ord. Cam. d. §. So auch ies.* Et hoc quoque termino juramentum articulorum petitum, & sub eodem juramento, repetuntur omnia apud iudicem producta, *Ord. Cam. d. l. in pr. v. auch das Iuramentum. & c.* quod si litigatores non habeant, quod ulterius disceptant, offerunt se ad probandum, *de quibus in proxima sequenti disp. agemus.*

XV.

Oblatis igitur Positionibus vel articulis diligenter accurateque examinatis, iudex num admittendi vel rejiciendi sint, interlocutoria sua sententia declarabit.

Gail. l. 81. n. 1. & 4. Et sane evidenter manifesteque impertinentes articulos, ne cum clausula quidem (salvo jure impertinentium & non admittendorum) admit-

admittere debet. *Gail. d. 81. n. 2. n. 3.* Imò ex officio, Reo
etiam non petente neque citato eosdem potest rejicere,
Gail. d. 10. n. 17. Dicuntur autem impertinentes & irre-
levantes articuli si ex substantia & corpore libelli bene
formati desumpti non sunt, ob eamque causam neque
directo neq; per indirectum quoquo modo causa prin-
cipalis, etiam per confessionem Adversarii, vel testes
& instrumenta, probati adminiculantur. *Gail. d. 1. n. 4. 5.*
Myns. 5. obs. 88. n. 3. Si v. de iis dubitet iudex, utrum sint
pertinentes nec ne, cum prædicta clausula eos admitte-
re & terminum ad respondendum ponentis adversario
præfigere solet; Hoc enim casu tutius & consultius est,
superfluum admittere, quàm necessarium rejicere. *Gail.*
d. obs. 81. n. 9. Illius autem clausulæ effectus sunt, ut
positio vel articulus impertinens pro non admissio &
probationes responsionesque super eodem factæ pro
nullis habeantur; sibi enim pars imputare debet quod
impertinentia & ad propositum minimè spectan-
tia protulerit. *Myns. 2. obs. 56. Gail. d. 1. n.*
12. & seq.

F I N I S.

99 A 6904


ULB Halle 3
004 976 38X



TA 30L







47

QVINTA
IUDICIARII PROCESSVS
DISPUTATIO
DELITIS
CONTESTATIONE,
IVRAMENTO CALV-
mnia, nec non Articulis seu Positi-
onibus
Ex iure Civ. Can. Sax. Ordin. Cam. Imper.
& in foro recept. Pract. opinion.
desumpta
CVIVS
Præsides
Nobiliss. & Consultiss. Viro
Dn. ARNOLDO DE REYGER, IC.
& in illustri Salana P. P. P.
Defensor, DEODANTE,
futurus est
IOSIAS MARCVS
Publicè in ICTor. Acroasi X. Cal.
Decemb.
§§
§
IENÆ
TYPIS TOBIÆ STEINMANNI.
ANNO MDCCCXCV.

